

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre IXItemMythologia, Francfort, 1581 - IX, 03 : De Chimæra](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 03 : De Chimæra

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document *a pour résumé* :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[126-127\] : De Chimæra](#)□

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Ce document *est une version augmentée de* :

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 03 : De Chimaera](#)□

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 03 : De la Chimere](#)□

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 04 : De la Chimere](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

torqueat, quàm præteritorum flagitiorum memoria, quod ita testatur Cicero in oratione pro Roscio Amerino: Nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè scelerateq; commiserint, agitari, & perterriti Furiarum tædis ardentibus sua quemq; fraus, & suus error maxime vexat: suum quemq; scelus agitat amentia que afficit: suæ male cogitationes, conscientiaq; animi terrent. Hæ sunt impijs assidua domesticæq; Furia, quæ noctes diesq; penas præteritorum peccatorum à cõscelestatissimis hominibus reperiunt. Nam cum nihil magis quàm præteritorum scelerum recordatio animum infestet, tum nihil magis hominum quieti, & tranquillitati cõfert, quam integritatis opinio, & nullius fraudis sibi esse conscium: quod per hanc fabulam antiqui significarunt. At nunc de Chimæra dicamus.

De Chimæra.

CAP. IIII.

CHIMÆRÆ mōstrum illud celeberrimū apud antiquos, Echidnae ac Typhonis filia fuisse dicitur, ut scripsit Hesiodus in Deorum ortu, ubi loquitur de Echidna in his:

ἡ δὲ χίμαιρα ἔτι κ' ἰσχυρὰ μαιμάκεται πῦρ,
 δεινὸν τε μιν γάλλω τε, ποδὶ δ' ἄκ' ἄ τε κρατερὸν τε.
 τῆς δ' ἔν' ἄρ' ἔσ' κεφαλαί' μία μὲν χαροπόιο λέοντος,
 ἡ δὲ χιμαίρη, ἡ δὲ ὄφιοι κρατερῶν δράκοντες
 πρόσθι λέων, ὀπίθην δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
 δεινὸν ἄπο πένουσα πῦρ ἐκ μέσσι κείθ' ἰσχυροῖο.

*Tam parit indomitas spirantem ex ore Chimæram
 Flammas, ingentem, celerem, fortemq; gravemq;
 Hinc tria erant capita: primum fuit acce leonis,
 At aliud capra, atq; aliud caput inde chelydris.
 Prima leo postrema draco, media namq; capella,
 Qua graniter patula spirabat naribus ignem.*

Fabulantur hanc Chimæram Amisodari studio fuisse educatam, ut scripsit Apollodorus lib. 2. Bibliothecæ. Hoc mōstrum trium fuisse diversarum formarum, & è superioribus patuit, & Homerus ita expressit lib. 2. Iliad.

πρῶτον μὲν ἄρα χίμαιρα μαιμάκεται ἰκίλιον
 πρὸ μῦθο. ἡ δ' ἄρ' ἔσ' ἰσχυρὸν γένος, ἡ δ' ἀνθρώπων
 πρόσθι λέων, ὀπίθην δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
 δεινὸν ἄπο πένουσα πῦρ ἐκ μέσσι κείθ' ἰσχυροῖο.

Horn

Horrendam primum iubet obruncare Chimæram,

Cui genus hand mortale fuit de stirpe Scironum.

Prima leo, postrema draco, media inde capella,

Qua graniter patulis spirabat naribus ignem.

Cum ignem igitur ex ore & naribus expiraret, fabulati sunt Bellerophontem ad hanc occidendam missum fuisse, qui descendens equum Pegasus alatum, natum à Neptuneo & Medusa, illam sagittis transiit, ut scripsit Apollodorus lib. 2. quamvis aliter alij sentiant, ut dicitur postea. Hæc in Lycia habitasse memorant, quo etiam in loco nata est. neq. his plura de Chimæra memoriæ prodita sunt. Nunc veritatē inquiramus. Scriptum fuit ab Antigono Carystio in historicis commentarijs tres populos à Bellerophonte fuisse victos, quod etiam significatum per triplicem Chimærae formam fuisse ait Zezes hist. 149. chiliad. 7. Alcimus in rebus Siculis, & Syracusius Nymphodorus Chimæram Lyciæ montem esse dixerunt, in quo ignis nasceretur. eius in summa parte leones dicti sunt habitasse, in medio erant uberrima & amœnissima pascua, ad radices serpentes complures. quæ res locum dedit fabulæ, quod Chimæra monstrum esset è tribus tam diversis animalibus compositum, cuius caput & pectus vertex scilicet esset leonis, ignemq. efflaret ex ore: atq. ita venter erat capræ, cauda verò draconis. Hunc locum Bellerophontes Glauci filius cum fecisset habitabile, dictus est monstrum illud sagittis confecisse. Plutarchus in libro de claris mulieribus Chimæram montem quendam fuisse ait sonitus horrendos & incendia emittere solitum, quibus ager finitimus infestatus nec arbores nec fruges produceret. at Bellerophonte iubente rescindi partem, quæ erat planissima, compositum fuisse, consopitumque sonitum, & magnum adhibitum regioni remedium. Scriptum fuit à Theopompo libro septimo rerum Philippicarum, Chimæram non sagittis fuisse transfixam, sed hasta petitam fuisse, quæ plumbum haberet in summa parte collocatum: quâ partem haste cum Bellerophon in os Chimærae intrussisset, plumbum igne colliquefactum in ventrem Chimærae defluxit, & illi combussit omnia intestina, quare mortua est. Scripsit Agatharchides Gnidius libro tertio rerum Asiaticarum Chimæram mulierem fuisse Amisodari, qui impetavit Lyciæ, quæ duos fratres haberet Leonem & Draconem. hi cum Lyciæ loca incursionibus & insidijs

opportuna cum magna manu iuuenum occupassent, aduen-
tes ea loca obruncabant. ob concordiam igitur fratrum & so-
rotis corpus vnū tria habere illa capita fabulari sunt. Hos Bel-
lerophōtes vi superauit, & in seruitutem redegit: quare dictus
est plumbum in os intrusisse: quod etiam testatur Isacius in
Lycoplironem. Nicander Colophonius fluuiorum naturam
ac torrentū præcipuè per hæc signimenta significari voluit: cum
dixerit Chimæram tria habuisse capita, & triplicem corporis
formam: primum caput fuit leonis, vltimum draconis, at me-
dium capræ, quoniam ex hybernisi imbribus, aquarumque ab-
undantia fiunt fluuij quidam, qui dicuntur *χρημαίονες* per hie-
mem fluentes scilicet, qui sunt tanquam leones feroces & in-
domiti, omniaque obuia secum trahunt. cum igitur omnia
rapiant & strepitum edentes quali rugiant, leonum primam
partem habere dicti sunt: cum præcipuè terrā quasi vagantibus
effodiāt, qua iter sunt habituri. At pars media capra est dicta,
quoniam aqua huiusmodi proxima quæque carpit: vitima part
est serpens, quia obliquus & contortus est omnium fluuiorum,
tanquam serpentum & viperarum cursus. Hoc monstrum hor-
rificum Bellerophontes Pegaso inuectus, Solis calor scilicet in-
teremit, quia cum cessat pluuiarū copia per æstatem, tunc erit
cantur torrentes. Nam Bellerophon & Pegasus idem sunt rei-
pfa, vis Solis scilicet, quæ varijs nominibus appellatur: neque
quidquam prohibet eundem Solem diuersis nominibus pro
varijs actionibus appellari. Neque enim fieri potuit naturæ di-
ctū vt tam deforme monstrum alicubi nasceretur, vt ait Lu-
cretius libro quinto:

*Qui fieri potuit triplici cum corpore, et vna
Prima leo postrema draco, media ipsa Chimæra,
Ore foras acrem flas et de corpore flammam?*

Ego sanè per hanc fabulam nos ab ira, turpissima omnium
monstrorum, reuocari crediderim: cum ira, tanquam leones
furibundos faciat, quæ ex ebulliente sanguine circa cor excita-
tur, oculosque rubro colore tanquam flammis perfundit. Hu-
ius media pars est capra, infestū plantis animal, quoniam ma-
ximè infesta est facultatibus ira, cum nullam neque vtilitatis,
neque honoris rationem habeat ira. vt autem significarent
antiqui omnium vitiorum maximè molestam esse iram, quæ
pro viribus ab omnibus deuitanda est, neque huic motui ob-

HOIROS

noxios esse amplectendos, huic monstro partem extremam draconis attribuerunt. Non minus enim cauendus ac fugiendus est is viro prudenti, qui quò tulerit vis iræ & impetus feratur, quàm draconum & crudelissimarum viperarum còsuetudo. Sic enim refrænandam esse iram antiqui nobis significarunt, aut futurum esse vti nullam hominum nisi stultissimorum amicitiam comparemus. Alij vim rhetoricæ facultatis sub hac fabula contineri arbitrati sunt, qui procemiorum naturam acrem esse voluerunt, modiceq; intumescere: medium orationis carpere, & sublimia sectari propter necessaria sapietia: studia: at extremam partem se tanquam anguem ad medium reflecti summam repetendum, virusq; habere & actimoniam, qua excitet animos auditorum in aduersarios. At de Chimæra latis: nunc de Bellerophonte dicatur.

De Bellerophonte. CAP. IIII.

DICITUR is Bellerophon qui Chimæram interemit, patria fuisse Corinthius, & Glauci eius filius, qui natus fuit è Sisypho, vt testatus est Dioxippus Corinthius libro secundo de rebus patriis, & Pausanias in Corinthiacis, qui Bellerophon Hipponus antea dicebatur. Hic vbi Bellerum Corinthium, vel, vt maluit Phœnix Colophonius, Deliadem proprium fratrem; vel, vt Philemon putauit, Pirenen; vt verò Dorotheus Sidonius, Alcimenen, interemisset, nò solum nomen, sed patriam etiam mutauit. Argos igitur profugus adiens à Præto perhumaniter expiatur, & in hospitium capitur. Deinde paucis interiectis diebus Antea, vel, vt alij maluerunt, Schenobœa Præti vxor incredibili amore Bellerophontis capitur: quem cum nullis blanditijs posset ad adulterium allicere, apud Prætum tentatæ pudicitia: accusauit. At Prætus hunc ipse quidè iure antiquæ consuetudinis interficere noluit: quoniam fuit antiquorum consuetudo vt neminem occiderent qui cum edissent, nisi istud accidisset inconsultò: sed ad Iobatam generum suum in Lyciâ misit occidendum, literasq; dedit obsignatas, in quibus criminatio continebatur. Subiunt eandem fortunâ Hippolytus propter amores nouerçæ, & Peleus propter Cræthem Hippolyti filiam, qui tamè ambo post calamitates iniquè acceptas Deorum misericordia pristina: incolumitati sunt restituti. Hippolytum, notius est quàm indigeat explicatione, fuisse in vitam